

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

De orthographia dictionum e Graecis tractarum

Johannes <Tortellius>

[Venedig], 12. Nov. 1484

De praepositionibus gaecis quando apud nos transcribuntur

[urn:nbn:de:bsz:31-299711](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-299711)

In nulla dictione latina scribitur .y. græcum: &
semper in initio dictionis illud .y. aspiratur.

Utrum & in nulla dictione latina .y. græcum scribendum est. Nam ut grammatici omnes attestantur: illud .y. græcū nos tantūmodo ob hoc suscepimus: ut propriam dictionum græcarum scripturarum quas ab illis recipimus in transcribendo seruariemus. Cum ergo pro latinis dictionibus id est nostrorum habeamus: græcas litteras intermiscere non debemus. Et cum eiusmodi littera in initio dictionum a græcis semper aspiretur: & nos simili modo cum eas dictiones transcribimus aspirare debemus. ut græmatici antiqui & celebres auctores attestantur. Vnde Papiam & alios nonnullos moderniores errasse constat: qui dictiones latinas per illud .y. græcum etiam sine aspiratione principii scripturarunt: quod absq; ulla ratione: uel approbatorum grammaticorum auctoritate ab illis factum fuit.

T. & c. quæ in nominatiuo dictionū non sunt: sed in aliis casibus accipiunt: nōnunq; aspirant.

De etiam ulterius prospiciendum est. Si qua sit græca dicitio uel latina: quæ in nominatiuo. t. careat & illud in aliis casibus quoquomodo suscipiat: nunq; eiusmodi. t. apud nos aspiratur: sed absq; ulla aspiratione a nobis transcribi debet. ut Adamas Adamantis: Xenophon Xenophontis: Gigas Gigantis: & inde giganteus. Mars martis: euan euantis cognomen Bacchi a uoce bacchantium. Ouidius in quinto metamorphoseon: Et Iacchus & euan. Virgilius in sexto aeneidos: Euanthis orgia circum. Licet quidem accusatiuum pluralem participii cuiusdam sine uerbi origine esse uelint id est Bacchates: & alia similia omnia. Quin & simili modo de. c. dicendum est: quod si dicitio non habeat illud in nominatiuo: & in aliis casibus suscipiat: semper exile & nunq; aspiratum scribendum erit. ut pharnax pharnacis lynx lynceis & similia: quæ semper apud nos. c. non aspiratum suscipiunt.

Aspirationes quæ sunt apud græcos seruantur in suis dictionibus apud Latinos.

Mplius & hoc quoq; diligenter obseruare debemus: in omni dictione græca quæ latine scribitur: ubi apud illos scripium est. o. & nos quoq; per. th. aspiratum scribere debemus: ubi. φ. & nos per. ph. ubi. χ. & nos per. ch. simili modo aspirata scribere habemus. Quando uero in illis. τ. exile & sine aspiratione: aut. ω. aut. κ. scriptum fuerit: & nos simili modo. t. & p. & c. sine aliqua aspiratione transferre habemus.

Nos gamma in. n. nostrum conuertimus.

Ec illud sane prætermittēdū est: quod ubicūq; in dictionibus græcis apud nos scribitur. γ. ante aliud. γ. uel ante. κ. uel ante. χ. quia nunq; ab illis eo loco scribitur. n. sed semp ipm gamma. ut in ea littera supra diximus: & nostris huiusmodi dictiones transcribunt: sp illud. γ. i. n. comutari dz. ut ἀγγελος angelus: ἀγκυρα ancora ἀγχισιον Anchises & similes: q; græcorū more atq;issimi romanorū etiā cū nostro. g. scripsisse refert Varro ut supra uidimus.

De præpositionibus græcis quādo apud nostros transcribunt.

Rater hæc aut cū plures sint græcorū præpositiones: q; cū aliis dictionib; cōponūt: & a nobis sapissime transcribūt. In quibus nō minima orthographia ps consistere uideat: & de illis sigillatim tractandū restat.

Syn præpositio.

Yn præpositio græca ē: & cū. y. græco scribitur. Nec ea tantūmodo: s; quæq; ab illa cōponūt p. y. græcū similiter designat ut syllaba: q; ex syn & λαμβάνω: qd ē accipio cōponit. Syllogism; ex syn & λογισμα: qd est raciocinor. Synod; ex syn & hodos q; ē uia q;si cōuenit sit uel cœtus cōponit: & innumerabilia alia.

Cata præpositio.

Ata similiter præpositio græca ē: & cū. c. & t. absq; aspiratione scribitur. Itaq; dictiones oēs ab illa cōpositæ p. t. exile scribunt: & cōseruat. a. nisi fiat impedimētū in ante habitis expressum: cū de aspiratione loq;mur: hoc ē cū dicitio sequens: cū q; cōponit a uocali aspirata initium sumit. Nā tunc quoq; (ut ostendim;) abiicit a. & t. exile in. th. aspiratū cōuertit. Exemplū primi sit catalogus: catarrus: crateracta: cuius ultima cū. & t. scribitur: catorthoma: ubi abiicit. a. propter sequētis dictionis uocalē: cū qua cōponit: & t. ipm exile cōseruat: quæ uocalis illa minime est aspirata: & in penultima cū. th. aspirato scribitur: quæ ab ὀρθωσ: quod est rectus deriuat quo uocabulo utit Cicero. li. i. de officiis dicēs: Rectū opinor uocem: quod catorthoma græci uocāt. At si uocalis cū qua cōponit aspiret: nō solū ab ea præpositione abiicit. a. sed ut præfato loco ostēdimus. t. exile in. th. aspiratū cōuertit. ut catholicus: quæ p. th. aspiratū scribitur: quæ ea præpositio cata cōponit cū holon aspirato quod apud nos dicitur totū aut uniuersale. Similiter cathedra cū. th. aspirato scribitur: & ex cata præpositione & hedra: quæ est sella cōponit: quare secūdū ea quæ supra diximus cū. th. aspirato & similia designat.

Meta præpositio.

Eta similiter præpositio græca ē: & cū. t. exili etiā i cōpositione aliarū dictionū scribitur. In quibus & a. quoq; cōseruat: nisi præfata sint impedimēta ut metauola: q; cōmutationē apud nos dicit. Metamorphosis q; transfigurationē. metaphora q; translationē & similia. At cū. th. aspirato scribitur method;: q; ex hodos aspirato cōponit. Et cōueniētissimo uocabulo a clarissimis auctorib; traducit uia: dū p. rōe accipit. Sic Cornelius Celsus libro primo de arte medicina: methodum apud nos significare dixit. Vnde Virg. li. i. georgi. Ignarosq; uia: mecum miseratus agrestes. i. rationes. Et in. xi. aeneidos: Et si qua uia dederat fortuna latino. i. rationē.

Epi præpositio.

Pi præpositio etiam græca est: & cum .p. non aspirato & .i. latino scribitur. Vnde omnes dictiones ab illa compositæ simili modo scribuntur: nisi (ut supra diximus) impediuntur. ut epitaphium: quæ cum .t. exili scribitur: epilogus: quæ apud nos peroratio dicitur: epigramma quæ inscriptio. Episcopus etiam cū .e. non aspirato: qui inspector dicitur. Epitheton quæ in penultima cum .th. aspirato: & in ultima cum .t. exili scribitur: apud nos Quintiliano teste dicitur appositum: alii adiectiuū. Epitagma: quod tributū significat quo uocabulo comici quidem antiquissimi (ut refert Panthenius) utebantur. At uero quandoq; perdit. i. & remanet. p. exile: quum scilicet a uocali dicitio cum qua cōponitur: initiū sumit: & non aspiratur: ut epodos que ex epi præpositione: & ὄλη qui est cantus componitur. nam genus est carminis quod ad lyram cantabatur. Martialis in .xii. Scribebamus epo: cœpisti scribere cessi: Aemula ne starent carmina nostra tuis. Quædoq; autem aspiratur ipsum. p. & abiicitur. i. quando scilicet cum dictione a uocali aspirata initium habente componitur: ut ephēbus qui a nostris pubes (ut supra uidimus) dicitur. ephorus qui componitur ex epi & horo quod est inspector: quasi superinspector. Quo uocabulo sapissime Cicero utitur pro quodam magistratu lacedæmoniorum.

Peri præpositio.

Eri præpositio græca est: & cum .i. latino scribitur: quod etiam in compositione conseruat. Nec per cōsequentiam aspiratæ uocalis ipz. i. quoquomodo perdit. ut periodus. i. circuitus uel anfractus. Nāq; cōponitur ex peri quod est circū: & hodos aspiratio quod est lūa. Pericles nomen fuit clarissimi atheniensis: de quo in sua dictione uidebimus. & componitur ex peri: & cleos: quæ est gloria: & alia similes.

Apo præpositio.

Po græca similiter præpositio dicitur: & cum .p. sine aspiratione scribitur. Vnde omnes dictiones cōpositæ ab apo per .p. non aspiratum scribuntur: & .o. uocalem conseruant: nisi impedimentum superius expressum interueniat. ut apodixis: quæ demonstratio a nostris dicitur. Apocalypsis quæ cum .c. exili & .y. græco in penultima atq; .i. latino in ultima scribitur: apud nostros reuelatio interpretatur. Apocopa similiter cum .c. non aspirato: & latine abscisso dicitur. Apocryphus cum .c. exili similiter & .y. græco scribitur apud nos absconditus dicitur. Apologia responsio seu satisfactio. Et similia in quibus apo præpositio integra remanet & .p. ipsum absq; aspiratione seruat. Sed aspiratur nōnunq; per modum supra expositum: & p. dit. o. ut aphoria: ex apo & horia componitur: Antiqui quidam nostri pro sterilitate accæperunt.

Hyper præpositio.

Yper græca similiter præpositio habetur: & cum .y. græco atq; aspirato scribitur. Vnde dictiones omnes cum illa compositæ per .y. græcum & aspiratum scribuntur: quin & .p. exile semper conseruant ut Hiperbole supereminens siue excessiuum. Hiperborei: hoc est ultra boream degentes: & similes.

Hypo præpositio.

Ypo eodem modo græca est præpositio: & cum .y. græco aspirato atq; .p. exili scribitur. Vnde omnes dictiones cum illa compositæ etiam per ipsum .y. græcum & aspiratū scribuntur: quin & .p. exile atq; .o. litteram conseruant: nisi suprapositum fiat impedimentū. ut hypothesis cuius penultima .th. aspirato scribitur: & est argumentum siue materia. Hypocrisis cum .c. sine aspiratione: & in ultima ac penultima cum .i. latino scribitur: dici potest a nostris dissimulatio. ut suo loco uidebim?. Hypotheca cuius penultima cū .th. aspirato scribitur: & est obligatio quædam. Abiicit etiā aliquādo. o. & .p. aspirat. ut hyphen. i. subunio. qua sane dictione latini quidam usi sunt. Nāq; componitur ex hypo præpositione: & hen quod est unū.

Anti præpositio.

Nti præpositio alia ex græcis cum .t. exili & .i. latino scribitur: & in cōpositione litteraturā seruat: nisi prænominatum fiat impedimentum: ut antidotum antithesis cuius penultima per .th. aspiratum scribitur: & dici potest a nostris obiectus: uel contrapositio. Antipodes: qui aduersus pedibus nobis opponi dicuntur. Quin & aliquando abiicit. i. & aspirat. t. per modum supradictū. ut anthypatus. i. consul quo uocabulo nōnulli ex nostris usi fuerunt: & post. th. aspiratum. y. græcum detinet.

Dia præpositio.

Ia similiter græca præpositio est: & per .i. latinū scribitur: quod & .a. semper in compositione conseruat ut dialogus apud nos disputatio: de quo in sua dictione cum cæteris uidebimus. Dialogus criminator Nāq; in sua dictione uidebimus: descendit a diaballo quod est criminor.

Documenta quædā particularia orthographiæ ex quibusdā particularibus dictionibus cōcepta.

Vbsequentē & alia quædam subnectemus documenta: quæ ex cōpositione dictionū quarundam particulariū cōcipi possūt: quibus nō parua orthographiæ ratio designari poterit. Ut è illud de cōpositis.

De compositis ab archos.

Mnia composita uel deriuata ab hac dictione archos: quæ per .ch. aspiratum scribitur: & apud nos principem principiumque & principale designat: per .ch. aspiratum scribuntur: ad quod si sequitur .i. semper cum .i. latino scribi debet. ut Architectus: Archiepiscopus: Archangelus: Hecatontarchus: